DVBIORVM
QVÆ TAM IN FORO POLI QVAM IN FORO Fori occurrere solent, breuis perspicua & methodica expeditio.

Nihil iustitia popularius.

LONDINI,
Excudebat Richardus Field.
1622.

REVERENDISSIMO DOMINO,

D^n. Iohanni, Linconiæ Episcopo, *ac magni Anglorum sigilli custodi delecto:*

Et honorando Domino,

D^n. Iulio Cæsari, Archiuorum publicorum custodi:

Necnon viris clarissimis,

Dominis in foro æquitatis, seu curiæ Cancellariæ assessoribus.

Salutem omnimodam.

PRudentißimum *serenißimi Regis mei consilium, etsi à vulgari opinione diuersum, satis laudare nequeo, viz. quod diuini iuris antistitem, humano*

mano iuri dicundo anteſtare voluerit: cum quia ſecundum Apoſtolum, ſpiritualis homo dijudicet omnia*, ac faciliter quæ ad vitæ noſtræ vſum pertinent*: tum verò magis quod Tu, reuerende Præſul, Regij conſilij rationem, munere iſto tam graui, gnauiter fidelitérque defungendo, dignitatiſque tantæ authoritatem ingenioſe ſuſtinendo, ſic comprobaueris, vt tute de teipſo, probatoriam, vt leo loquitur*, præclaram omnibus ederis.

* 1.Cor.2.15

* Eod.6.3.

* l.3.C.de agē. in reb. lib.12.

Gaudeo quoque, quod te Iuli Cæſar veteranum in militia iuris ſtrenuum, non tam contemplando, quam eandem per diuerſa, quibus fœliciter præfuiſti, Iudiciorum genera, exercendo, tandem in æquitatis curiam aſcitum, virentique ſenecta vſque aßidere videam.

Gra-

Gratulor porro vobis, assessores doctissimi, ac multiplici experientia consiliarij peritissimi, quod ad æqui bonique forum, ob industriam fidem & grauitatem cooptati sitis allectiq;.

Hinc spes est vos omnes vnanimiter conspirantes, pro sapientia luceq; dignitatis vestræ, effecturos, vt curia hæc vestra, æqui bonique forum verè prædicetur, iustitiaq; illa iustissima instar auri probè recocti, ex vtroque iure, Romano Anglicoque conflata niteat floreátque, ad desiderati popularium solamen, debitámque Deo gloriam.

Qua spe fultus, vobis D. D. mei, pro animi syncerè benevoli Tessera, hanc de dubys opellam qualem qualem, audacius do dicóque

Guiliemus VVelwod LL.D.

Proœmium.

ETsi dubium ad factum factive incertitudinem, vt obscuritas propriè ad verbum non satis clarum, & ambiguitas ad orationem variè implexam spectat: Dubij tamen vocabulo comprehendimus plerunq; omnia, de quibus quid certò pronunciandum, aspectu primo, non liquet. Ad quæ tamen expedienda, in iuris voluminibus plurima quidem obseruare licet, sed ita dispersa, rebusque ad quas explanandas proponuntur,

quandoque obſcuriora, vt res mihi digna viſa ſit, in quã neruos ingenij intendendo, viam inuenirem aliquam, ſaltem generaliorem, per quam quæ forenſibus occurrunt cuiuſuis ſpeciei dubia, facilime explanentur; vbi labor primus fuit de duce ad viam illam perito ac prompto, qui & hæſitationé illico tollat, imaginationis vanitatem diſcutiat, interpretationemq; ex affectione, ſæpius manantem (*a*), reprimat.

a l. rapienda §. 1 de reg. jur.

Omnibus itaque circumſpectis, non in gloſſam, quam Baldus (*b*) in dubijs magnis ſequẽdam præcipit, ſed in vnam *æquitatẽ* quam juriſconſulti paſſim inculcant, oculos conieci, eam nempe, quæ naturalis (*c*)

b. l. in quæſtionis C. de ſent. quæ ſine cer. quãt.

c l. 1. de pact. l. thesauros §. per traditionẽ. inſt. de rer. diuis.

ra-

ratioq́;, vt quacum ſimul efferri ſolet (d) appellatur; & recte; nam ex ratione naturali, non tantum quod eſt æquum, ſed æquiſſimum colligit Paulus & labeo actione ciuili deficiente, ad æquitatem prouocat contra dolo malo agentem, ne impunis euadat (f) :& alibi quanuis iure ciuili nemo cogitur, inquit vt vicino proſit, attamen in re quæ alteri non nocet æquitatis cauſa vult actionē vicino ſuggeri (g). Cæterum à iure ſtrictiore licet plane ſecernatur (h. Legum tamen ciuilium interpretationem ſibi vnice arrogat (c). adeo inſtar regulæ Lesbiæ legum materiam quacumque perplexitate inæqualem, æquat tamen, conformando, & con-

d l diuus §, 1. de in integ. reſt.

e. l. cum naturalis. de bon. dam.

f in l. 7. §. 1, ſi is qui teſt. liber eſſe juſſus.

g l. in ſumma. §. item Varus de aq plun. arc.

h l. 2. eod & l 1 C. de leg. & l. placuit C. de juſd.

i l nulla de leg. l ſi ſeruum §. ſequitur. de verb. ob. C. dicto § item Varus.

formationem ſubeundo. Denique pro amplitudine ſua omnes legum anguſtiorum defectus ſupplet (*k*): imo, quod eſt maius, authoritate ſua iuris licet firmiter conſtituti, ſolennia vel nutu diſſoluit, diſijcitq; (*l*): Nec mirum, quoniam nec ius iuſtitię ſemper congruit: ius enim à iubendo, iura namque veteribus iuſſa dicebantur, & lex iubere, adeò vt ius natura ſua ſit ſtrictum, nec aliter accipiendum quam lex pręſcribit. At iuſtitia non à iure, vt quidã volunt, quaſi eſſet iuris ſtatio, ſed à iuſto, h.e. pleno perfectoque nec deficiente nec redundante deriuatur. Hinc iuſtum prælium, iuſta habitudo & ætas iuſta, i. perfecta, hinc iuſtitia iuſti-

k d.§. Item Varus. & c. fin. ext. de tranſac. l d.l. diuus. §. 1. & l. etſi de reg. jur.

iustissima, nempe perfecta.

Porro vt est aliquid summũ ius, quod Terentio est summa iniuria, similiter & summa aliqua æquitas modestino (*m*). Veluti cum quis donationis causa aliquid promittit & tardius præstat, non ideo tenetur ad moram, siue interesse aliquod. Hæc æquitas etiam summa ratio dicitur: nam vti leges suam habent rationem sic & æquitas suas rationes (*n*). Secundum Papinianum. Circa vsum tamen æquitatis, etiam accuratiorem videmus quod aliquid in genere quãdoq; ęquũ apparet, quod cum ad speciale transfertur, aliquid æquo isto æquius emergit tamen. Exempli gratia qui seruum furem de-

m l eum qui. de donatio.

n. l. citius. 45. ad sc. Trebell. l. a. §. illud de hęred. & action. l. 1. C. de interdic.

ponit apud aliquem, & depositarius damnum patitur per seruum illum, æquum videtur deponenti non plus damni euenire debere, quam quanti seruus sit constetve. Sed æquius tamen est deponentem depositario in totum damnum teneri, quia nemini officium suum quod eius quocum contraxit,& non sui commodi causa suscepit,esset damnosum,inquit Africanus(o).Similiter pecuniam quam me rogaueras, & iussu meo debitor meus tibi mutuam dedit, etsi æquum est vt eam debitori meo,cum quo etiam stipulando contraxisti, reddas: æquius tamen est,eam vt verè meam,mihi ideo iustius repetenti, dari, secūdum Celsum.

o.l. Si seruus communis.§. quod. de furt.

ſum (*p*). Cæterum in omnibus, ſed maxime in iure, æquitas ſpectanda eſt (*q*). Dux ergo ratio dux eſto nobis æquitas.

p. l. ſi me & titum. Si cert. Pet.

q l. in omnibus 90. de reg. jur.

Viam vero quam eliget dux iſte potius quam ſimplicem: quoniam ſimplicitas vt eſt via veritatis, quia plana recta non obliqua vel ſinuoſa vt error, ſic & amica legibus (*r*): plana enim facilia ideoque gratiora, vti è contra, ſubtilia omnia ſcrupuloſaq; ſunt ab omnibus reprobanda (*s*). Ac viam ſimpliciſſimam nunc ſtatuo, ſi *dubium* iſtud noſtrum partiendo definiuero, videlicet, quod vel in facto, vel in verbo, vel in ſcripto, vel in jure conſiſtit: parteſq; iſtas ſuccincte ad æquitatis rationiſq; normã applican-

r. §. Sed quia, inſt. ad. Sc. Trebell. & §. cæterum de legit. ag. ſucceſſ.

s l Poſthumus. l. filio. de injuſt. rupt. teſtam.

do, quid præcipuè ſequendum ſit docuero: non id quidē quod opinione, ſed quod verbis ſcriptæ legis approbatur, qua etſi nihil firmius in controuerſijs diſputādis dari ſolet (*t*), attamen quæ à legibus proficiſcuntur ad æquitatem referri expedit, exemplo Seruij Sulpitij, qui ob id juſtitiæ non minus, quam juriſconſultus (*u*) Ciceroni dictus fuit.

t Cicer. in Top.

u 9. Philip.

Vbi ſi (vel quod in hoc argumenti genere euenire neceſſe eſt) non ſatis diſtincta apparuerint omnia, occaſione miſtionem variè attrahente: vel ſi (quod in re infinita fieri oportet) multa prætermiſero, ne vitio vertatur, iure meo, (*x*), quoniam poſſum, moneo: ac multo

x Secundum Cic. in Top.

multo magis ne voculæ aucupium fiat vel in dictione *facti* primum occurrente. Quamuis enim de facto quũ quereretur, Aquilius Gallus non ad ius, sed ad Ciceronem (*y*), & post eum Vlpianus (*z*). nõ ad iurisconsultos sed ad judicis religionem seu conscientiã pertinere dixerit. Subdit tamé Cicero (*a*) non omnino sed magna tantum ex parte id ita se habere: nam facti quæstionem tripartiens, in an sit, quid sit, & quale sit, vltimam hanc, iuris ab iniuria distinctione explicari asserens, omnesque facti causas, si non vberius, attamen subtilius à iurisconsultis disputari, ac præsertim in bonæ fidei iudicijs, in quibus eorundem

y Idem eod.

z d. l eum quẽ. § 1 de iud.

a Eod. ab Treb.

dem prudentiam vult maxime illuceſcere omnes facti quæſtiones, cognitionis eſſe affirmando: Cognitio autem omnis ad iudicem ſpectat (*h*); vt non ſine ratione iudicibus præceptũ ſit de facto iudicare (*c*), prout religio ſuggerit. Ne quis itaque factũ meum in facti voce tanquam alienum cauilletur, ſed vocis legitimam hoc in loco vſurpationẽ prius animaduertat quęſo. Ego interim pergo.

b l.1.§ per hũc. de rei vendi. l.13 §. de minorib. l. 1. de of. eius cui mand. jur. l.1. de off aſſeſ. e.d.l.eum. quem §.1.

De Dubio in facto. Tit.1.

DVbium in facto aliter aliterque pro facti natura enucleandum eſt. Factum enim vel attinet ad claſſem

ſem cauſarū, quibus iura vltro indulſerunt, quaſque communi omnium ſuffragio arctioribus iuris compedibus legumlatores eximendas cenſuerunt, vel ad ordinem controuerſorum quæ beneficium non ita deſiderant. Prioris generis ſunt cauſæ dotis, libertatis, matrimonij, & teſtamenti. Quæ omnes ſpeciali priuilegio cenſentur (*a*). In ambiguis enim pro dotibus reſponderi vult Paulus, (*b*) adeo vt mulieri actione ad dotē directa non competente, vtilem tamen nuptiarum fauor procuret (*c*). Sic dubia libertatis interpretatio, vt in ſeruo hærede, ſed ſine libertatis mentione, inſtituto, ſecundum libertatem facienda eſt.

a c vlt. de re jud.

b l. in ambiguis 85. de reg. iur.

c l. Caius. ſol. matr.

est(*d*). Matrimonio quoque in dubiũ propter contrariam viri mulierisque assertionem vocato, matrimonij gratia, affirmanti potius quam neganti fides adhibenda est(*e*). Similiter quamuis ex sola nominum hæredum inductione, testamentum iure nullum reddatur: attamen quia voluntas testatoris exitum quoquo modo habere debet(*f*), poscente etiam causa ipsa humaniorem interpretationem, vt eiusdem testamenti legata valeant, tantummodo id irritũ pronunciabitur, quod inductũ est(*g*,) qua re motus conclusit iurisconsultus*, benigniorem in re dubia interpretationem sequi, & iustius esse & tutius. Quæ ratio mouit

d l. obscura. 179 l. quoties 20. de reg. iur. §. 1. denique. inst. quib. ex caus. man.

e c. conturbatur extr. de despon. impub.

f. §. si rem legatarij inst. de legat.

g. l. proxime de his quæ test. del.

* l. ea que. 192 de reg. iur.

mouit Hadrianum (*h*) vt vſu ſyluæ legato, cædere, vendere, intelligi debere voluerit: quoniã alioqui legatum talis vſus nihili eſſet. Nam & generaliter, teſtantium voluntates plenius interpretari debemus (*i*). Eadã ęquitate ſi pars judicantium contra teſtamentum, pars vero ſecundum teſtamentum ſententiam ferret, humanius faciemus ſequendo partis ſententiam quæ cum teſtamento pronunciauit (*k*).

(*h*) l. l. diuus in pr. de vſu & hab.

(*i*) l. l. in teſtamẽtis de reg. iur.

(*k*) l. ſi pars iudicantium. de inoff. teſt.

Quatenus porro extendit humana ratio humanitatẽ ſuam, ſentẽtiam in ambiguis humaniorem præcipiendo (*l*), & inhumana omnia reijciẽdo (*m*). Eatenus æquitas in jis quæ pariter ſe habent bonum & malum

(*l*) l. l. ſi fuerit. de reb. dub.

(*m*) l. quidam. de cond. inſt.

lũ generali prçconiõ promulgat(n): vt ſi vnde quid ad vxorẽ peruenirẽt dubitaretur, nec demonſtraretur, benignius erit ſi à viro vel ab alio in cuius poteſtate eſt, turpis quęſtus vitandi gratia, eſtimaremus(o). Vtq; ratio dictat partis dominum in facto dubio, vti potius iure ſuo, quam furti conſilium inire contra ſocium(p): ſoletq; infirmitati hominũ ſuccurrendo prohibere, ne quid ex ea re damni litigantibus eueniat(q) ſic & æquitas in hoc prçcipuè intenta eſt, vt quicquid humanitas, ſiue modis premiſsis, ſiue alijs quibuſcunque fere, alicui acquiſierit, valeat ac non pereat, (id ipſum ab judicibus in omnibus omnino rebus actio-

n l ſemper .26 de reg. jur.

o l. quintus de don. int. vir. & vxo.

p l. merito. pro ſocio.

q l. ſi cum. in fin. quib. ex cauſ. maior.

actionibuſque legitimis exigendo (*r*) periculum noua indulgentia præueniendo, fauoreq; conceſſo ampliando (*s*) veluti in via ſimpliciter alicui per alienum fundum conceſſa, in infinito per ejus quamlibet partem, ire agere concedet æquitas, potius quam vt via nulla ſit: rurſumq; infinitum definiet potius quam incommodi prętextus viam reuocet, (*t*) benignitati vſq; adeo, non quidem ex cupiditatibus ſed ex iuſtis affectionibus promananti *, indulgendo, vt firmam eam conſtantemque, nec vllo prope velamēto reuocabilem eſſe patiatur (*u*): tam diuerſa eſt ratio æquitaſque naturalis à jure pręſertim ſummo, ac

r l. diuus. l. ſi bonæ fidei. de pet. hæred. l ſed etiã ex his. de procu.

s l. quum quidã de lib. & poſth. hæred.

t l. ſi cui. de ſeruit. late.

* l illud. de man. vind.

u l. ad res donatas. de ædili. edict.

in

in clementiam prona Nec tantum in dubijs, ſed & in manifeſtis, vt videre eſt in pænam promerentibus, (x) lenitatem in leuioribus, ſeueritatiſq; temperamentum aliquod in grauioribus permittēdo (y): immo benignitatis occaſionē vndecunque rapiendam imperando (z). Ideoque quum creditor rem ſibi pignoratam aufert non contrectare ſed pignori ſuo incumbere exiſtimandus eſt.* Nam quum populi ſalus ſuprema lex ſit, certe & ſocietatibus legitimis, ne leui de cauſa diſrumpantur, proſpiciet.

x l factum 155. in fin. de reg iur.

y l perſpiciendum. de pæn.

z. l. rapienda. 168. de reg iur.

* l. cum creditor. de furt.

Quod ſi factum alius naturę ſit quam vt beneficium expectet, gratiamve moretur: ſed liberio-

liberiorem disceptationem experiri audeat, ac dubium quoquo modo præ se ferat. Tum quale sit videndum, an incertum magè quam dubium, & an dubium ostentet verius quam habeat: Sane si incertitudine tantum laboratur vt fortè ex alternatiuis, tunc facta semel electione, quæ semper est debitoris (*a*), nisi aliter de electione adiectum fuerit (*b*), vel nisi stipulatio fuerit prętoria, vt aut de opere restituendo, aut quanti ea res erit dando, vbi electio est stipulatoris (*c*) cessat dubitatio (*d*). Aliæ namque incertitudines vtpote in substantia siue rei, siue personę cõsistentes, actum potiùs nullum quam dubium reddunt (*e*).

a l. si in emptione. §. si emptio. de contra. emp. l. 2. §. non vtiq;, de eo quod cer. loc. l. eum qui, 138. §. fin. de verb. ob.

b l. plerumq; §. fin. de iur. dot.

c l. stipulatio 21 § siue autem & §. seq. de op. no. nunc.

d per l. si ita. de contrah. emp.

e l. idem pomponius. in fin. de rei vind. l. si in testamento. de demonst. & cond. § incertũ. iust. de legat.

Sin verè dubium, continuò cognoscendum est: quandiu enim factum lege conditioneq; præscripta definiri potest, nullus est conjecturæ locus (*f*). Quamobrem ante omnia id quod actum est inspiciendùm venit (*g*), vt id quod vtique sequeremur (*h*): in conuentionalibus etenim contractibus formam contractui dant contrahentes vt pacta conuenta legem (*k*), sic dictante æquitate naturali (*l*). De qua vero re lex est, dubia non habetur (*m*).

Aſt acto pactoq; neutiquam apparente, proxima est moris inquisitio (*n*), quæ & aliubi semper ferè præcipitur (*o*), vt eum pro lege cõstituamus (*p*). neq; mirum quum legem mos quan-

f l. continuus. §. cum ita de v. ob.

g l. semper. 34 de reg. iur.

h cum qui in pr. de. v. ob.

i l. in conuentionalibus eod.

k l. iurisgentiũ. §. quin imo. de pac. & l. 1. §. 5. depos.

l l. 1. in pr. de pac.

m Bartol. in l. quoties. si quis cant.

n d. l. semper. 34. & l. de quibus. de legib.

o l. 1. in pr. de vent. insp. & l. si seruus 50. §. fin. de leg. 1.

p d. l. de quibus

quandoque ſuperet (*q*), neque nouum hoc eſt, ſi Plautum auſcultamus, qui vel ęuo ſuo mores in poteſtatem ſuam leges duxiſſe ſcribit (*r*), adeo vt licèt mos ex errore genitus ſit, ius tamen conſtituit *, ideoque diligenter attendendus (*ſ*).

Si nec inde quod verum eſt eruitur, fortè quia mos regionis varius eſt, certe dubio tanquam cõfeſſo, ac proinde loco conjecturæ conceſſo, quod eſt veriſimilius inueſtigaremus (*t*), non id quidem quod nec ſolet nec poteſt euenire, maxime ſi ſit odioſum (*u*), ſed à natura ſeu rei ſeu contractus. Generalia ſunt adeo illa non tam factũ quam facti cauſam inſpici debere *, & actum ab agentis in-

q l. an in totũ. C. de ædi. edic.

r in trinum.

* l. 39. de legib. & l. 1. C de teſt. ſ l. Imperatores de contr. emp.,

t l. in obſcuris. l. 14. de reg. iur.

u l. ſi in emptione §. liberum de cont emp. & l. anſt de inut. ſtip.

* l. verum, de furt.

tentione iudicãdum*, vt si quæ dos spe nuptiarum futurarum promissa nuptijs non sequutis nihilominus petatur, quid vero similius dabit ratio quam propter causam non sequutam stipulatione ista agi nõ posse(x): nam & hoc actum esse præsumitur quod est ex natura contractus vel saltem fieri consuetum est (y), veluti in dote, sed incerta, h.e absque omni quantitatis qualitatisve designatione promissa, quo casu dos quidem deberi judicabitur: definieturque secundum viri dignitatem patrisq; facultatẽ (z).

Eadem ratione si super quantitate qualiquali dubitetur, verisimiliter quod minus est amplectemur*, ideoque summam ad

* l.1.C.adl. eorn.de ficar.

x l.promittẽdo de iur.dot.

y arg.l 3.de reb. cred.

z l.cum pofi.§ gener de iur. dot.

* l.semper.9.de reg.iur.

ad id quod est minimum redigemus (*st*). Verisimilitudinis ratio est, qua non tantum in summis quod minus est spondetur *, (quia nemo rem suam iactare velle præsumitur (*a*) sed & in omnibus alijs quod minus, quodque longius est in obligationem deductum videtur (*b*), vt stipulanti 10. vel 20. post annum vel biennium, 10. tantum post biennium deberi pronunciabimus. Neque in contractibus modo sed & in testamentis (non obstante eorundem quam diximus gratia) Vlpianus ex Papiniano rationem istam sequutus, magis exiguũ præstari debere asserit (*c*), nisi aliud docere potuerit petitor* actorve. Excipitur sola re-

st d.l.semper 34.in fin.

* l.inter.83.§.2. de.v.ob.

a l.cum de indebito.de prob.

b l.si.ita.109. eod.

c l. si ita scriptũ de leg 1.

* l.quum seruus § scio.in fin.de leg.1.

ligio cuius fauore melius maiusque in legato dubio seligimus (d). Viget eadem ratio in sententijs, nam si ex tribus arbitris unus in 5. alius in 10. tertius in 15. condemnasset Iulianus scribit (e) 5. duntaxat præstanda, quoniam in hanc summam vt minimam omnes liquidò consenserunt. Quin & ex quantitatis certitudine vel incertitudine pronunciatur actum aliquid vel non actũ (f). Excussa quantitate, non erit aliena temporis consideratio, in stipulationibus enim id temporis quo contrahimus prudenter spectamus *, non quia tempus modus est inducendę, vel tollendæ obligationis (g): sed quia id quod est actum, in-

d l. titia §. seia. de aur. arg. leg.

e l. diem §. si plures. de arbit. l. inter pares. de re iud.

f l. triticum. 94. de v. ob.

* l. non omne. §. 1. de reg iur. l. si filiusfamilias de verbo.

g obligationũ §. 1 de act. & ob.

de

de plerunq; elicimus, magnam adeo vim tempus in obligationibus exerit (*h*): cuius vt & loci circumstantia res variè rotantur fiuntquè (*i*), tum etiam in his quæ retro non trahuntur verba contractus pręcisè ad eiusdem tēpus referimus (*k*). Tempus deniq; ostendit quid verisimiliter, vel potuerimus vel voluerimus, an forte nostri juris mentisve compotes fuerimus. Cæterum quum facti ignorantia prudentissimos fallat: (*l*) judices tamen, si cum dubitant sententiam pro vt religio suggerit protulerint, functi videbuntur (*m*).

(*h*) l. continua. de v. ob. §. loca inst. eod.

(*i*) l. i. in pr. de excer.

(*k*) l. rutilia pollā. de contr. empt.

(*l*) l. 2. de iur. & facinor.

(*m*) l. nunquam. §. 1. de Iud.

De dubio in verbo. Tit. 2.

AC de dubio in facto propriè consistente hactenus. Proximũ est quod verbo assignauimus, cuius origo est vel ex ambiguo, vel ex obscuro. Si ambigua est oratio, h. e. propriè loquendo duas differentes habet in se sententias (*a*): tum eius qui protulit, sententia maxime spectanda est (*b*), vt in iudicijs, vbi permittitur, primum judici seipsum interpretari (*c*): deinde actori ambigua intentione, & reo ambigua respõsione vtenti, quod vtilius videbitur accipere (*d*). In ambiguis enim ser-

a Cic. ad Treb.

b l. in ambiguis 96. de reg. iur.

c l. 9. de prætor. stip.

d l. siquis. 66. de iud.

monibus

monibus non vtrumque ſed alterum duntaxat dicimus (*e*). Quare ſi proferentis voluntas haberi nequit, ſeligenda erit ſententia rei gerendæ aptior (*f*), & quæ rem ſaluam actori det (*g*), faciatque rem valere magis quam perire (*h*), ſed præcipuè quum res bona fide contracta, verborum tamen ambiguitate laborat, id ipſum agendum vt in loco ſit tutiſſimo (*i*), niſi quid apertè contra leges actum ſit (*k*).

e l.in ambiguis. de reb.dub.

f l.quoties.67. de reg iur.

g l.labeo. de ſup.leg.

h l.in conuentionib.219. de.v. ſig.

i l.quoties.50. de v.ob.

k d.l.vbi de reb. dub.

Sin obſcurum vrget, h.e. non alter, ſed ne vllus verborum ſenſus, clarè facileque percipi poteſt, certè quãuis verba ideo inuenta ſunt vt mentem exprimant mentiſq; ſenſum, ſecundum Labeonem (*l*): adeo vt ex

l l.labeo.de ſup. leg.

Hila-

m .de. trinitat. lario (*m*) moneamur, ex verbis ſenſum, ex ſenſu rationem, & ex ratione veritatem inueſtigare; quoniam verba ſenſum enunciant, & ſenſus rationis motum, ac rationis motum veritas incitat: verba ob id rebus, etſi rebus negotijſque pauciora ſint, nec vſque ſatisfacientia, inquit Vlpian, verba in quam ob id rebus, non res verbis ſubijciendæ: alioqui quod S. C^m, quæ judicia, quæ pactio, quę conuenti formula non poſſet infirmari conuelliq́ue; ſi res ſemper ad verba deflecteremus (*o*). Voluntatem idcirco quam verba potius, præſertim in cõtractibus ſpectaremus (*p*) vt in emptis vẽditiſque, in quibus quod actum, quàm quod dictum

n l. natura de præſc. verb.

o Cic. pro Cœcin.

p d. l. in conuentionis.

dictũ magis ſequi iubemur(q), nec anxiè adeo verborum figuræ adhærere, ſed mentem (r) factumque ſequi, vt quod magis rationabile habetur(ſ) Quid refert inquit Iulianus an verbis, an factis, an rebus ipſis quis voluntatem declaret (t), cui ſuccinit Paulus ex Pedio nihil referre proprio nomine res appelletur, an digito oſtendatur, an vocabulis quibuſdam demonſtretur, quatenus mutua vice fungantur, quæ tãtundem præſtant (u): rebus porro, non verbis leges imponuntur (x). Si itaque quid ſignificetur intelligamus, minus de nomine laborandum erit(y). Sed mente percepta ad eam verba, ſiue obſcura ſiue impropria accommoda-

q Sed Celſus §. 1. d contra. emp.

r l. quiſquis. 110 de ver. ſig.

ſ l. ſeruus. 122. eod.

t l quibus de legã. 3.

u l certum eſt. ſi cert. pet.

x l. d C. commu. nia. de leg.

y. Cicero ad Trebat.

modabimus (z), sensumque non verba amplectemur (a): id quod licet, etiam quum verba clara propriaque sunt, sed voluntas manifeste diuersa (b), aliter non licet.

At si & voluntas incerta & sermo est obscurus, sed non prorsus, quia tunc pro non dicto deputabitur (c), interpretatio quidem ineunda est, sed contra eum, siue locatorem, siue venditorem (d), siue stipulatorem (e) qui pactum obscurum edixit (nisi in stipulatione prætoria (f) ac iure profecto bono, quia pactum quod in potestate sua fuerat apertius dicere neglexit (g). Alioquin si nescitur vter obscurum dictauerat, an venditor, an emptor,

z Lille aut ille de cond. & demonst. l. vbi l. quoties de reb. dub.
a l. siquis. 7. §. condmo de admen. leg.
b arg. l. non aliter. de leg. 3.
c l. in testamento 27. de cond. & demonst. & arg l. 3 de his quæ p nõ scrip.
d l. veteribus de pac. l. labeo de contr. emp. l. in contrahend de reg. iur.
e l. quicquid a stringendæ de v ob.
f l. 9. de stip. prætor.
g d l. labeo. & d. l veteribus.

tor, interpretatio dabitur contra eum pro quo fertur, quisquis est, immo licet emptor, vti solet (*h*): quoniam quum is fundet intentionem super obscuro, obscurum autem nihil probet (*i*), ac sine probatione nulla sequatur condēnatio (*k*), necessario fiet interpretatio cōtra eum qui obscurum pro se protulit. Cæterum in hisce dubijs communis loquendi vsus plurimum facit ad verum sensum eruendum (*l*).

h l. in lege. & l. si in emptione. de cont. emp.

i l. quum quæritur. de reb. dub. & l. stipulatio ista. de v. ob.

k l. non nudis. C de probat.

l per l. librorum de leg. 3.

De dubio in verbo scripto. Tit. 3.

QVod de vocibus lingua figuratis, idem prope iuris de figura literarum easdem

eaſdem exprimente, ex eadem vtrobique vi ac poteſtate; quæ vtique in verbo ſcripto quam prolato minor etiam eſſet: quia mutuam tantum eam ab oratione, quam exprimit, accipit (*a*): vt mirum ſit hodie homines verborum tamen quam ſcripturæ magis prodigos eſſe: vnde procul dubio factum ſcio, quod ſcriptura, ſi iure non ad obligationem, moribus tamen ad probationem magis faciat (*b*).

a l. non figura de act. & ob.

b l. 4. de pignor.

Sed ad rem, velut in ambiguo ſermone voluntatē proferentis præcipue ſpectamus (*c*): ita in ſcriptura principalium conſtitutionum facere docemur (*d*): illius eſt namque legem interpretari cuius eſt condere

c l. l. in ambiguis de reg. iur.

d l. ſi imperialis ver. C de legib.

dere (*e*). Nec ſecus quam in ſermone obſcuro mentem factumque intuemur magis (*f*). Ita & dicto ſcriptura, ſortè haud ſatis reſpondente, ad mentem currimus (*g*). Aliquando ſcribentis dictū eiuſdē ſcripturæ præferimus (*h*). Pluſque ſemper valere vult ratio quod agitur quam qꝑ per errorem (*i*), ac per fallaciam ſcribitur (*k*), & rei veritatē potius quam ſcripturam in contractibus perſpici (*l*). Præterea vt pactum obſcurum interpretamur contra proferentem (*m*): eadem æquitate ſcripta priuata contra edentem (*n*), ſcribentemq; (*o*). Sicut etiam pugnantia in ſermone irrita reddit omnia (*p*), & contrarietas qualisqualis vitiat

e d.l. 22. §. definitus.

f d.l. quiſquis & d.l. ſeruus. cum d.l. in conuentionib.

g per.l. quum pater. §. imperfecta de leg. 3.

h l. quoties §. ſed etſi. de hæred inſtit. vbi Bartol.

i l. ſiquis in fundi. de leg. i. & l. errore. C. de teſtam.

k l. ſi falſum. C. plus vale. l. quū precib. C. de prob.

l l. 1. & 2. C. plus valere.

m d.l. labeo.

n per l. rationes C. de prob. l. quædam. §. numum canos de edend.

o l. publia. in fin. de poſ.

p l. vbi. 188. de reg. jur.

q l.scripturæ.C. de fid.instr. tiat scripturam (q), nec modo eandem, sed & diuersam dum-

r Bartbol. in d.l. scripturæ. modo ab eodé productam (r). Sin à diuersis, credendum dig-

f l.optimam.C. de contr. stip. niori (f): nisi dignitate certent scripta ab vtraque parte prolata, hoc namque casu stabitur

t l.sempronius. de lega.2. scripto per reum adducto (t). Excipio diuersitatem in quantitate, vt in qua citra vllum omnino dubiū minus eligetur (u).

u d.l.Sempronius & Bald.in c. ex epistolæ ext. de prob.n.17. Quod si dubium versetur inter scriptum & dictum, tum, nisi scriptum antiquitate non occulta sed manifesta, vt quia in regestum relatum sit, testium

x l.Cellus de proba. dictis, vti debet (x) præponderet, iudicis arbitrio, vtri,

y Bald in c tertio loco.n.15. ext eod. credatur referetur (y). Potest enim tanta tabellionis esse existimatio, vitæque integritas, vt

vt fides illius multorum dictis facilè præferri debeat (z).

z Bald.ibid.per c.ad audientiã. de præscr.

Quemadmodum porro sermo ille, qui nequaquam intelligi potest, pro nullo reijcitur (a); ad eundem modum scriptum, quod legi nequit, pro non scripto habetur (b), nisi factum aliâs per testes probari possit, ac perinde in scripta redigi (c), paria n. sunt non esse, & non apparere, Iauolenus ex Labeone refert *. Sed ne fluminis æstu in immensum instrumentorum mare deferamur, quamuis Socinus (d) instrumenta iuri stricto adscribat, ideoque interpretationem omnẽ bona cum ratione extraneam abarceat, eamq; modo admittat quæ ex verbis scriptis, sicut debet (e),

a per d.l.in testamento & d.l. in lege de contr. emp.

b d.l.2.de his quæ non pro scri. & arg.l.1 de his quæ delent.

c per c.quum pub.tab de fid. instr.

* l.in lege.77. de contr.emp.

d consil.73.n.4. vol.1.

e l.ad probationem.C.de prob.& Bald.in d.l.lecta.46. si cert.pet.

desumi potest: vt quibus quod non continetur pro omisso est, nec quicquam addi posse rectè putat (*f*). Nō obstat id quominus scripta, quę ex obscuro ambiguove dubia sunt, interpretemur, quam stipulationes, quæ quū ipsæ sint stricti iuris quoque, interpretationem tamen patiantur, quandoque à mente stipulantis (*g*), quandoque à natura rei, &c (*h*). Quin & instrumentum fidejussionis interpretationem admittere deprehendimus (*i*). Cauendum quidem cum Socino fateor ne à scripti perspicui verbis vel vnguem latum recedamus (*k*), non magis quam à sermonis significanter expressi proprietate (*l*): postremò vt in facto

f per l. fin. C. de falsi. caus. adiect.

g l. si mihi. §. 1. de v. ob.

h l. si stipulatus fuero & passim eo. tit.

i l. fidejussores magistratuū. §. 1. de fidejuss.

k per. d. l. quicquid astringēdæ & l. si alij de vsufr. leg.

l d. l. non aliter.

finita

finito nullus est coniecturæ locus (*m*): eadem etiam ratione quando nulla est in verbis ambiguitas; sed significanter satis omnia expressa, nulla debet audiri voluntatis quæstio (*n*). Frustra quoque scripturam suspicamur, quandiu neque impugnatur neq; improbatur (*o*). Ex quibus omnibus cum Cicerone* colligo tria in omni scripto controuersiam facere solere, ambiguũ, scripti à voluntate discrepantiam, & scripti ipsius contrarietatem.

(*m*) l. continuus. §. quum ita. de v. ob.

(*n*) d. l. ille aut ille.

(*o*) l. cum precibus. C. de prob.

* ad Trebat.

De Dubio in iure. Tit. 4.

DVbio in facto, dubio in verbo, scriptoque, succedit dubium quod ex jure manare solet, partim

ſcilicet ex juris diſpoſitione, partim verò ex ejuſdem defectu. Iuris diſpoſitio, obtrudit dubia aut ex legum inter ſe, vel contra rationē pugnantia, vel ex legum ab inuicem varietate, vel ex ea, quæ ipſis ineſt, obſcuritate. Quibus modis quæ ſua ſingulis conſtat ratio, paucis diſquiretur.

Primum ergo ſiue occurrit antinomia (quā, Iuſtinianus (*a*) à juris ciuilis, Pandectarū præſertim voluminibus prorſus exulare exiſtimat; ſubſcribente illi accurſio (*b*): ſiue heteronomia: tunc earum legum authores, occaſiones, ſubiecta, fineſq; diligenter obſeruare debes, ſed præcipuè tempora, vt, quę priores quę poſteriores (*c*).

a l.i.C.de vet. iur.enuc.

b ad d.l.1.

c l. non eſt nouum & l.eq. de legib.

Item

Item quę ſpeciales quæ ſint generales: generalibus.n. ſpeciales ſęper derogant (*d*), vt poſteriores prioribus (*e*). Vbi aduerte ſpeciales leges quæ priuilegia vocãtur facilius tolli quam generales (*f*). Atque his denique vijs facilè quas valla Budeuſque (*g*) antinomias adnotaſſe videntur conciliabimus.

d l.in toto.de regiur.
e d.l.non eſt nouum.
f l.eius §.1.de teſt.milit.
g ad.l.vlt de. ædil.edict.

Si verò lex impugnat rationem, pręſertim eam quam tum rationem diſputandi, tum ſubtilem Iulianus (*h*), vocat (ita vt ratio euidenti communis vtilitatis cõſideratione concuti videatur, certè non tantum rationem talem rejicimus, ſed & jus etiam merè naturale: ac ius ciuile legumque ordinem ad æquitatis normam diſpoſitum

h ita vulneratus. §.fin.ad l aq.

amplectemur potiº (i). Publica enim vtilitas priuato quouis dispendio præferenda est (k): multa præterea in jure ciuili contra rationem disputandi, pro vtilitate cõmuni recepta sunt (l): de subtiliore quidem ratione seu sophistica hæc dicta sunto, ac non de ea quam veritas incitat, & ex qua veritatem apprehendimus secundum Hilarium, & quæ verè id nominis obtinet, quæque iuris omnis anima est, vt quam æquitatem ipsam supra nuncupauimus, iure scripto planè postposito, semper præferri debet (m), adeo vt quamuis leges scriptæ vetent quicquam de sententia condemnationis mutari (n), vt nec de vlla iuris solennitate (o),

i l.bona fides. depos. & d.§ fin.ad l. aquil.

k iuxta l.2.C. de primipi.lib. 12.& l. actione. pro socio & l.2. § 1. siquis cautionib.auth. res quæ C.communia de ligat. l d.§.fin.

m l.1.C.de iud. & l.omnibus.de reg.iur.

n l.post.sententiam.C.de interloq.& sent.

(o), tamen si innocens quispiam damnatus esset, euidens ratio æquitasq; succurret, executionem saltem (nam iudices hoc (p) possunt) differendo donec res ad principem referatur (q), magistratúmve penes quem potestas eorum esset, de quibus exactè satis lege caueri non potest (r).

o l. diuus. de integ rest.

p l. 2. de re iud.

q Decius in l. etsi nihil de reg. iur.

r Arist. polit.

Similiter & legatum debitum confitentem, sed causam iustam adferentem cur non præstet, ius quidem astringit, ratio tamen æquitasque laxationem permittit (ſ). Subuenitur similiter & illi qui quia citatus non respondit, more solito secundum leges pronunciatũ est: confestim autem judicem pro tribunali adit, eum quod

ſ l. si domus 71 §. qui confitetur de leg. 1.

existimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita voce præconis, defuisse, ratio contra iuris ordinē restitui jubebit(t).

t d.l.diuus.

Ac de pugnantiis hactenus. Obscuram legem optime interpretatur consuetudo (u), sed melius eiusdem lator (x). Cæterum in omni pugnantiæ, discrepantię, obscuritatisque contemplatione, moneo, primum omnem omnino subtilitatem iurisque scrupulositatē vt plane reprobatam(y), euitandam esse, multo minus eiusdem apicibus inherendum (a), nam sub istius scientiæ authoritate vmbraque, pernitiose plerumque errari solere dixit Paulus (b), præsertim quum ex æquo bonoque agi deberet. Qua cautione

u l.si interpretatione de legi.
x l.si imperiales C.eod.

y l.posthumus 12 & l.filio 17 de iniust.rupt. test.
a l.si fideiussor §.quæ iam.mādat & d.l.si ita vulnerabis §. fin. ad.l. aq.

b l.si.seruū 91.° de.v.ob.

cautione præmunitis duo iſta tanquam perſpicilla ob oculos propendere volumus. *Minus malum*, & *Minus iniquum*, hoc eligatur (*c*), illud nũquam negligatur (*d*), exempli gratia melius eſt legatarium non lucrari, quam legati bonę fidei emptorẽ damno affici (*e*). Sic in cauſa, etſi juris reſpectu, pari, damno, vt maiori malo, quam lucro poſpiciendum (*f*).

Quod ſi ex juris defectu oriatur dubium, fortè quia res de qua agitur rara eſt, & ſuper qua nec jura ferè (*g*) conſtitui (*h*), nec cõſtituta facilè ad eam aptari ſoleant (*i*), tum quanto rarior, tanto cautius de eo cõcludi debet (*k*), ſiue juris ſcripti rationem ad id quod controuer-

c l quoties 209. de reg iur.
d c iurauit c.nõ ſoluto. 23.q.2.
e l etſi quis.§.ſed etſi de religioſ.
f l.fin.§. licentia C.de. iur. deliber.
g §.inſtit.1a.inſt. de rer diuiſ.
h l.3.&l.6.de legib.
i l.5.eod.
k l ea quæ, de reg.iur.

trouertitur, sensu, vel simili (*l*), vel contrario (*m*), vel paritate aliqua (*n*) proferendo, vt sic jus aliquod appareat, (tritum enim est illud Baldi, quę non differunt ratione, non differunt juris dispositione:) siue rationem ipsam naturalem, quæ tacita quædam lex est (*o*), legisq; vicē supplere solet (*p*), aptando. Siue quod in rarioribus ipsi juriscōsulti principales facere consueuerunt, philosophorū, medicorum, oratorum, & poetarum celebriorum sententijs judicia sua instruendo: nam Iulianus Aristotelem (*p*), Papinianus (*q*) Ciceronem, sicuti Pomponius (*r*) Martianus, Demosthenem (*s*), Iulius Paulus Hippocratem (*t*), Plinium, ac

l l.illud ad l.aquil.l.non possunt.& l.ideoque de legib.

m l.si procuratorem.6.cum l.seq.mand.& l. apud antiquos. C.de furt.

n l.fin.C.de indic.vidui.

o l.quum ratio de bon dam.

p vt.in l. fin.de pœn.

p l.si pater.de solut.

q in l.si in quæstionibus ad l. Iul.ma.

r in l. posteriore.de orig.jur.

s l.2.de legib.

t l.septimo.de stat.hom.

ac Theophraſtũ (*u*) item Homerum (*x*) : Martianus Virgilium (*y*) & Chryſippum (*z*), Vlpianus Feneſtellam (*a*), eorumque authoritates allegauerunt.

u Lantiqui.ſi pars her.petat.
x l.ſi.de contr. emp.
y l. in tantum. de rer.diuiſ.
z d.l.2.de legib.
a l.vnic de off. quæſt.

Sed cauendum ab exemplis, quia licet exemplis vulgo viuitur, legibus tantum tutò judicatur (*b*), niſi quis ſolita & frequenter contingentia proferat, vt quæ cenſentur fortiſſima in jure argumenta, rationiſque conſona (*c*), ſicuti contrà quæ raro accidunt, non temerè cõputanda (*d*).

b l.nemo. C de ſent.& interloq.
c per. l. certi condictio.§. nummos.ſi cert. pet.
d l ea quæ.63. de reg.jur.

Denique quotieſcunque æquitaté deſiderij, juris dubitatio qualiſcunque judicem moretur, tunc ne lites ſint immortales, ad æquitatis rationem omnia

omnia corrigere (*e*), & justi decreti temperamento rem decidere, controuersiamq; tollere debet judex (*f*). Vtpote omnia quæ negotium, de quo agitur, contingunt, perpendendo; vt ex inde impleri possit totius rei æquitas (*g*): quam in magnis controuersiis juri scripto semper præferre debemus, vt justitię medullã temperamètumq; ac per quam justitia fit, diciturque justissima, h.e. perfecta. Æquitas ergo ex omnibus circũstantiis, in omni causæ dubiæ cognitione diligenter inuestigari eruiq; prȩcipitur (*h*). Dux ergo æquitas ratioque, & signanter in legatis (*i*), similibusque multis esto, ita quod vtrinque litigantium interest (*k*), ex

e per l. properandum. C. de jud.

f l. in ambiguis. §. 2. de reg. jur.

g Secundum l. bona fides de pos.

h l. cum hi §. vult igitur de transact.

i l. si seruus 50. de leg. 1.

k l. 2 & 3. de eo quod cert. loc.

omni-

omnibus circumſtantijs ſic cõſideretur, vt vtrique ex æquo caueatur, ſecundum Imperatorem (*l*). Atque hoc eſt rem ad ſuam æquitatem redigere. Vbi ſummam propterea æquitatem judex ante oculos habere debet (*m*), & quod legibus omiſſum eſt religione. i. conſcientia ſupplere, vt inquit Papinianus (*n*): ſed bene inſtructa informatáq;: quoniam ſi falſis allegationibus religio judicis circumuenta fuerit, tunc executionem ſuſpendi jubet Gordianus (*o*): immo actionem reformari vult Valerianus (*p*). Quod ſi in vnam omnia æqualitaté concurrant, ſeligenda benignior ſententia (*q*), vt quod & juſtius tutiuſque eſt Marcello,

l per l.1.C. de interdic.

m l.quod ſi Ep.heli. de eo. quod cert. loc.

n l.quæſtum. de teſtib.

o l.vlt.C.ſi ex falſ.inſtr.

p l.5.C.de prędminor.

q l.maiorem.de fact & l.ſemper l.56.de reg. iur.

lo (r), vel media aliqua via (s), per quam Paulus veteres juris authores prudéter sequutus (t), controuersias dirimere maluit (u). Aut jureiurando, quod omnes controuersias dirimit perimitq; (x): quod, ob id, sæpe solent judices in dubijs, (non quidem ad semiplenam probationem) exigere (y), ac secundum jurantem pronunciare (z): quod reo, cuius causa fauorabilior (a) quoq; est deferri solet, præsertim si possidet, ac jus vtriusque pariter obscurum sit (b), quia melior etiam possidentis conditio (c), vt cui bona fides idcirco tantundem præstat quam veritas (d), nisi lex impediat.

Sin nullo horum modorum vel

r l.ea quæ.192. § 1.de reg jur.
s l.si paterfam. de hæred. instit. & §. vbi. inst quib ex caus manum. & §. cum ex aliena eod de rer. diuis.
t d.l. antiqui. in fin.
u l.filio vel.seruo.vt.legat.nom cauea.
x ad Hebr.c.6. & l.2 de.iureiurand.
y Duarenus. disp.2.c.33.
z l.admonendi de iurejur.
a l.fauorabilio res 125.de reg. iur.& c.vlt extr. de iureiur.
b §. commodū inst.de interdic.
c l.si ob turpem causam de condic. ob turp. caus. & l.inter de re jud. l. nemo C.de sent.& interloq.& l. in pari causa. de reg. jur.
d l.bona fides eod.

vel licet vel placet, neque aliquid ſine captione reperiri poteſt, tunc ſeligẽdum, quod minus habet iniquitatis, inquit Iavolenus (*e*). Alioqui cõtrouerſia deferenda ei penes quem juris ſtatuẽdi poteſtas eſt: nam bene præcipiunt qui vetant quicquam agere quod dubites æquum an iniquũ ſit (*f*), quod fere congruit cum Apoſtolo Paulo de ambigẽte (*g*). Itaque cum Fabio concludamus, Dubium æquitatis regula examinandum eſſe: æquitas vero optimo cuique notiſſima eſt, vt quæ per ſe lucet, patetque in generali illo Ieſu Chriſti axiomate, doctrinam omnem legis & Prophetarum, adeoque juſtitiam vniuerſam penitus cõplecten-

e l. quotiens eod.

f Cic. Offic. 1.

g ad Rom. 14. 22.

h Math 7.12. plectente (*h*), prout vultis vt vobis faciant homines vos facite ſimiliter illis (*i*). Cui Chriſto dubiorum omnium expediendorum ſciéntiſſimo, nempe cordium ſcrutatori (*k*), cuius tamen judicia nemini ſcrutabilia (*l*), judici juſto (*m*) æquiſſimoque ſecundum veritatem (*n*) ſemper ac ſine reſpectu perſonarum judicanti, (*o*)

i Luk. 6. 31.

k Act. 1. 24. Rom 8. 27.

l Eod 11. 16 m 2. Tim. 4. 8.

n Rom. 2. 2.

o Ibid. 11.

laus decus gloria in omne ævum. Amen.

FINIS.